





58

1738, 16.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IOANNES FLORENS  
RIVINVS

RAND. P. P.

FECUTORI BENEFACIO  
S. S. D.  
D. IOVANNES FLORENS  
RIVINAS  
PAND. 5.



Ponsalia clandestina insciis aut inuitis parentibus contracta, accedente copula carnali, ipso facto conualidari, et in publica commutari, immo in verum matrimonium transire adeo, ut per benedictionem sacerdotalem consummari debeant, in foro recepta, quin ipsis protestantibus probata sententia est c. 2. *Caus. XXVII. qu. 2. c. 6. X. de raptorib. CARPZO v. L. II. Iurispr. Eccles. def. LX.* At non vna eademque collegiorum est sententia. an stuprator indistincte ad consummationem adigi queat, siue praecesserit concubitus promissionem matrimonii siue fecutus fuerit, an tunc demum si ante concubitum spem matrimonii fecerit. Posteriori opinioni addicti sunt Dni Scabini Lipsienses, cum quibus Ordo noster conspirat; contrarium pronunciando sequuntur ICti Vitembergenses, horumque sententiae nouissime Summum Prouocationum Iudicium, quod Dresdae viget, assentit, quod nouissimo praeiudicio comprobamus. Instituerat nempe coram Consistorio Martisburgensi M. B. contra G. W. actionem ex eiusmodi sponsalibus, peraque partium probatione et reprobatione sequebatur sententia definitiva *Facultatis Iurid. Vitemb.* Mense Ian. 1734. publicata: *Dass Klägerin dasjenige so ihr zu erweisen auferleget, und sie sich angemahet, zur Nothdurft erwiesen, derowegen Beklagter mit Klägerin die versprochene Ehe vermittelst priesterlicher copulation zu vollziehen, sowohl alle dißfalls verursachte Unkosten zu erstatten schuldig additis rationibus: Obwohl Beklagter den Mangel des mütterlichen consensus vrgiret, diese auch schlechterdinges weil sie Anfangs darum behörig nicht begrüßet worden, zu consentiren sich verweigert ic. d. a. u. d. Beklagter den Beyschlaß mit der Klägerin eingeräumet, ferner dass er ihr die Ehe versprochen, und sie heyrathen wolte, ex fol. erscheinet, dagegen bekannter machen per concubitum sponsalia clandestina die Kraft derer publicorum erlangen, und hierbey kein Unterschied zu machen, ob die Ehe Versprechung vor hey oder nach dem Beyschlaße*

schlasse geschehen, folglich der Mutter Consens von Seiten Be-  
klagten destoweniger nothig, da selbige selbsten keine causam  
dissensus zu allegiren vermag. Interposita leuteratione Dni.  
Scabini Liphensi reformatoriam mense Sept. ei. ann. publicatam  
ferebant, huius tenoris: Nunmehr aus denen Acten so viel zu  
befinden, daß Klägerin dasjenige, so ihr zu erweisen auferlegt  
und sie sich angemessen wie recht nicht erwiesen, derowegen Be-  
klagter mit derselben die Ehe vermittelst priesterlicher copulation  
zu vollziehen, und die disfalls verursachten Unkosten zu erstatten  
nicht schuldig, sondern derselbe von der angestellten Klage zu ent-  
binden und loszuzählen, die auf diesen Proces verwandten Un-  
kosten aber werden aus bewegenden Ursachen gegen einander bil-  
lig compensiret und aufgehoben. Rat. dec. D. W. Beklagter den  
angegebenen Beyschlaff in der litis contestation zugestanden, an-  
bey daß er Klägerin die Ehe versprochen, die von dieser angege-  
benen Zeugen ad art. prob. 9. deponiren, hiernächst denen cano-  
nischen Rechten nach ein an und vor sich ungültiges Eheverspre-  
chen, durch den erfolgten Beyschlaff verbindlich wird, besonders  
Inhalts des Zabeltizer Mand. vom 16. Nov. 1648. im Fall eine  
Mannsperson eine ledige Dirne unter Versprechung der Ehe  
beschläfft, regulariter auf Vollziehung derselben derer Eltern  
Wiederpruchs ohngeachtet zu erkennen ist. D. a. d. daß die  
Schwangerung unter Versprechung der Ehe geschehen sey, Klä-  
gerin darzuhun nicht vermocht, vielmehr nach Aussage test. prob.  
3. und 4. solche Versprechung 14. Tage nach Ostern 1732. und  
also wenige Wochen vor Klägerin Niederkunft und zwar der-  
selben eignen Zeugen Aussage nach ad int. ohne Beklagten  
Mutter Einwilligung erfolget, inmaßen auch daß diese in die Ehe  
nicht willigen wollen Klägerin art. prob. 19. selbst articuliret, mit-  
hin die vorgewesenen Sponsalia vor nichts anders als clandestina  
zu achten, welche, da sie allererst nach der Schwangerung und  
Beyschlaff erfolget, durch diesen nicht conualidiret werden kön-  
nen. So ist rc. Eidemque sententiae, per leuterationem ab  
actrice suspensae a viribus rei iudicatae, Facultas Iuridica nostra,  
trans-

transmissis ad eandem actis mense Nou. 1734. accessit; at eadem  
ad remedium appellationis confugiente, coram Regimine Mar-  
tisburgeni nostram, reformatoria excipiebat sententia 4. Iun.  
1735. publicata: *Dass wohl appelliret dannenhero es bey dem*  
*fol. 383. Vol. I. befindlichen Urtheil nochmahlis zu lassen, adiecta*  
*clausula: und werden hierüber beyde Theile wegen ihres Verge-*  
*hens, und dass sie sich ohne des Bekl. noch lebender Mutter con-*  
*fens eingelassen, mit 14. tägigen Gefängnisse nicht unbillig be-*  
*strafft; quae non obstante leuteratione mense April. 1736, nec*  
*non causa ad Summum Prouocationum Senatum Dredam de-*  
*uoluta, mense Nou. ei. anni, vt et leuteratione ibidem admissa,*  
*denuo M. Iun. 1737. confirmata, adeoque in rem iudicatam,*  
*nullo quippe reliquo remedio, transiit. Ut ut vero exoptan-*  
*dum, vt dissensus ille collegiorum, ne partes per tot vicissi-*  
*tudines intra spemque metumque dubii de salute sua haererent*  
*et liti periculi plenissimae implicarentur amplius, legislatoria*  
*autoritate dirimeretur, eademque lex Naturae sanctione poe-*  
*nali firmaretur, ac ius Romanum, quod nuptias sine patris con-*  
*fensu contractas nullas, liberos vero ex iis natos illegitimos*  
*declarat L. II. n. de statu hom. pr. et §. 12. f. de nupt. restituere-*  
*tur; tamen nulli dissimulamus, nos detestari omnes actus clan-*  
*destinos, ideoque re curatius perpensa, pro libertate fentiendi,*  
*Ictis, vbi lex deficit relicta, ab vtraque sententia secessum fa-*  
*cere, existimantes magis reipublicae expedire, si eiusmodi*  
*sponsalia clandestina plane infringerentur. Desiderant pluri-*  
*miae Leges prouinciales, et quidem optimo iure, parentum in*  
*desponsationes liberorum consensum sub poena nullitatis, quem*  
*igitur dum negligunt in facto illico versantur, per concubi-*  
*tum vero delictum stupri et fornicationis delicto addunt, adeo-*  
*que actum per se vitiosum nullum ac inefficacem per alium*  
*vitiostorem ac prorsus detestandum validum reddere cupiunt;*  
*quo ipso, qui poenam merebantur, praemium quasi proteruiæ*  
*ac depositi pudoris reportant, legum vero custodes, quod di-*  
*recto iisdem improbatur per indirectum hac ratione firmare*  
*viden-*

videntur. At iniquum eum qui deliquerit ad eam rem in qua peccauit notio peccato adiuuari, neque id quod legibus interdictum est, per aliud factum illicitum reddi licitum potest a L. 2. pr. n. de priu. del. L. 134. §. 1 de R. I. Sanc si per carnalem concupiscentiam, ad quam improbi liberi alias feruntur, vitium clandestinitatis purgari potest, his semper legum vinculum eludere, parentum consensum negligere, ipsisque debitam pietatem honorem et reverentiam subtrahere, ipso iure patrocinante liberum erit, quod tamen quid iniquius, quid a natura legum prohibitiuarum magis alienum, quid reipublicae magis exitiosum excogitari posset? Tolerentur saltem matrimonia legitimo modo, auspiciis diuinis, piis votis parentumque arbitrio inita, quae omni culpa carere recte dicuntur c. 12. C. XXXII. qu. 2. magis illa erunt auspicata, quam quae perpetuo morsu conscientiae contaminata, quibusque lex humana permisiva nullum praesidium, ne dicam solatium praebet. Audaces illa ratione audacieores efficiuntur, vt sub spe rati propitiique euentus quaevis societati humanae noxia molestiantur. Fucus misericordiae erga vitiatam, quae sub spe matrimonii promissi ad concubitum allecta censemur, sponte sua euanefecit. Ut enim taceam, neque patri utrumpote tertio per id praeiudicari posse, neque malitiis hominum id indulgendum esse, vt ex illis quidquam commodi expectent L. 8. §. 20. de transact. et L. 25. C. de legat. L. 2. n. sol. matr. res tamen erit arbitrii, quae quidem parentes mouere aliquando possit, quo consensum hactenus denegatum impertiant, hacque ratione honori stupratae ut cunque consulant, per se vero sponsalia firmare adeo nequit, quo minus et stupratoris parentes dissentire ac matrimonium impedire possint, TITIVS Iure Priu. Lib. VI. Cap. I. §. 8. omnique favore indigna prouersus ea mihi videtur, quae per media illicita ad finem honestum pertingere, et in leges impingendo, legum prohibitioni se subducere intendit, quaeque coeco impetu in amplexus venereo ruentes iuvenes, lasciva admittit, forte etiam inuitat, quo carnali copula indissolubile vinculum constringat. Ipse Lutherus hac de quaestione anno 1544. grauiissimam lCtis

Vitem-

Vitembergensibus, canonico iuri nimis inhaerentibus mouit li-  
tem, de qua ipsemet epist. 251. in Suppl. a Budeo edit. scribit:  
„ego tibi fateor in hoc anno sic me acceptum, ut in vita mea et  
„in tota causa euangelii nunquam fuerim perturbatior. Ori-  
„tur enim mihi cum Iuristis negotium acerrimum de clandesti-  
„nis sponsalibus, et quos sperauerim fidos euangelii amicos, ex-  
„prior hostes acerrimos.“ Litem hanc plenius enarrat SCHENKENDORF. in Histor. Lutheran. L. III. S. 32. §. 176. additque  
vehementer offendisse Lutherum, quod secundum Pontificum  
leges decidere non desisterent, adeo ut minas sparserit, se  
edendo tractatu eos refutaturum esse. Re ad Electorem de-  
lata, rescripto praecepit, ut de hac re Theologi cum ICtis  
amicie conferrent, et absque detimento doctrinae a Luthero  
propositae concordarent, posthabitis legibus pontificiis. Res  
tamen exitu caruit, cum mox Lutherus Viteberga abierit, et  
post biennium vita deceperit. Inde dubio procul factum,  
quod post ea tempora haec sententia in Consistoriis passim ap-  
probata atque retenta fuerit, referente Dn. BOEHMERO  
I. Eccl. Pror. T. III. ad Tit. de despons. impub. §. VII. Rigidissi-  
mi omnium sunt Galli dum poenam raptus in eos, qui liberos  
alienos ad sponsalia clandestina inducunt statuerunt, et crimen  
hoc raptum in parentes appellarunt. Praestaret igitur nullita-  
tis poenam publica lege in eiusmodi clandestina sponsalia statui,  
hacque ratione liberis occasionem crimen crimine defendendi,  
atque autoritatem parentum concubitu eludendi, adimi, quae  
iusta est sententia Dn. LEYSERI ad Pand. Spec. CCXCIV. Med. 2.  
Profitetur quoque III. l. b. a WERNHER. Part. II. Obs. 421. inua-  
luisse aliud principium moribus visuque iudiciorum magis quam  
certo iure solidaque ratione, neque eo obtinente patriae pot-  
estatis rationem haberi. Nihilominus adeo dogmate hoc fascinati  
sumus, ut fecis iudicando reos nos fieri existimemus anathematis  
quod indicatum Concilio Tridentino Sess. XXIV. de reform. ma-  
trim. c. 1. iis qui matrimonia a filiisfamilias sine consensu paren-  
tum contracta irrita esse et ab ipsis infirmari posse pronuntient, a  
quo

211v

quo tamen eo minus metuendum nobis erat, cum ipsi pontifici,  
disciplinae magis quam dogmatis illud caput concilii fuisse tra-  
dant, cui 60. vota contradixerunt test. S FORT. PALLAVICINO  
*Hist. Conc. Trid. Lib. XXIII. cap. 5. num. 20.* Videamus modo  
plus iusto placidos iudices nos liberis praestantes, ne **VALERIVS**  
**M A X.** eandem in nos, quam in Populum Romanum ob Seruum  
Sulpicium Galbam absolutum *Lib. IIX. c. 1. §. 1.* dicat senten-  
tiā: *Misericordiae*, inquit ille, *illam quaestionem non aequi-  
tas rexit: quoniam quae innocentiae tribui nequierat abso-  
lutio, respectui puerorum data est.* Quod superest constitue-  
runt Iuvenes Nobilissimi:

- DN. CHRISTIANVS GOTTLIEB MIERISCH, Dresd.  
DN. IOHANNES WOLFGANG WACHTER, Cizenf.  
DN. GVSTAVVS FRIDER.BEYER, Neost.ad Orlam.Variscus.  
DN. IOHANNES CHRISTIANVS SCHMID, Mariaemont.  
DN. IMMANVEL BENIAMIN MOSCH, Pobl. Misn.  
DN. GOTTLÖB CARL FRIEDRICH SANDER, Micro-  
leinunga Thuring.  
DN. CAROLVS CHRISTIANVS PEZOLD, Dresd.  
DN. FRIDERICVS GVILIELMVS SCHVZ, Lips.  
DN. IOHANNES FRIDERICVS HARTENSTEIN, Land-  
wuft-Misn.  
DN. IOHAN. GODOFREDVS TZSCHOEKEL, Wurzen.  
DN. IOHANNES ABRAHAMVS HERTEL, Wurzen.  
DN. CHRISTOPHORVS HARTMANN ANDREAS  
GRABNER, Gebel. Thur.  
DN. PAVLVS BECK, Reichenb. Varisc.  
Diebus Saturni disputationes Publicas ad singulos Libros Pand-  
ectarum a Ludouici in compendium redactarum, et quidem a Lib.  
I. vsque ad XIII. me Praefide in Auditorio Petrino instituere, quas  
ut NOBILISSIMI COMMILITONES concelebrent eosdem hu-  
manissime invitatos cupit Praeses. P. P. Lipsiae Fest. Purif.  
Mar. A. S. R. MDCCXXXVIII.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

**ULB Halle**  
003 935 574

3



561

VD  
18





# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

## D. IOANNES FLORENS RIVINVS

RAND. P. P.